67

ausonib; uictis in oppido exis calera capto. cales colonia deducta ē.
ite fregellae coloniae deductae sunt; ueneficium complurium matro
narum deprehensum ē. ex quib; plurimae statim epotis medica
minibus perierunt; lex de ueneficio tunc primum constituta est. Venefic.
priuernatib; cum bellassent uictis ciuitas data est; neapolitani
bello & obsidione uicti. in deditionem uenerunt q. publilio qui
eos obsederat. primo & imperium prolatum est. & procos triump
fus decre&us. plebs nexu liberata est. propter l. papiri creditoris
libidine; qui c. publilio debitori suo stuprum inferre uoluerat.
cum l. papirius cursor dictator reuersus in urbem ab exercitu es
s& propter auspicia repetenda q. fabius magister equitum
occassione bene gerendae rei inuitatus contra edictum eius pro
spere aduersus samnites pugnauit. ob eam causam cum dictator
de magistro equitum supplicium sumpturus uidere&ur. fabius ro
mam profugit. & cum parum causa proficer&. populi precib; donatus
est; res praeterea contra samnites prospere gestas contin&.
ex lib viiii. T. ue&urius. spurius postumius cons. apud furcas
caudinas deducto in locum tacitum exercitu. cum spes nulla esse&
euadendi. foedere cum samnitib; facto & sescentis equitibus
romanis obsidib; datis. ita exercitum abduxerunt ut omnes sub
iugum mitterentur; idemque auctore spurio postumio cos. qui in
senatu suaserat. ut eorum deditione quorum culpa tam deforme
foedus ictum erat publica fide libera&ur. cum duob; tribunis pleb; & om
nib; qui foedus spoponderant deditis samnitib; non sunt recepti nec
multo post fusis a papirio cursore samnitib; & sub iugum missis recep

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/cpl894/0145